94

Joannes Albertus DEI Gratia Rex Poloniæ supremus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæq. Dominus et hæres.

Reverende in Christo Pater sincere Nobis dilecte. Affectamus sinceritatem tuam, mittat Nobis per aliquem certum istam pecuniam exactionum, ut servus veniens afferat, si cito venire poterit. Sed tamen sinceritas tua; cito veniat, nam quoque et adventus tuæ sinceritatis et pecunia erunt Nobis grata, ita ut sunt opportuna. Datum in Marienburg Sabatho die post Circumcisionem Domini Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Quinto Regni nostri tertio

Commissio propria
Regiæ Maiestatis.

Reverendo in Christo Patri
Domino Lucæ Episcopo Varmiens. sincere Nobis dilecto.